



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon
Prussiae**

Petrus <de Dusburg>

Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679

Cap. II. De Aedificatione castris Morungen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11850

SUPPLEMENTUM CHRO-
NICI PRUSSIÆ.

AUCTORIS INCERTI.

CAP. I.

De

Evangelio: In principio erat verbum.



Odem anno Fr. Wernerus Magister Generalis in Capitulo generali (a) instituit, ut in reverentiam & honorem Incarnationis Domini nostri Jesu Christi singulis diebus finitâ summâ missâ, Clerici Evangelium: In principio erat verbum; Cum versiculo: ostende nobis Domine misericordiam tuam. Et collectâ: Omnipotens sempiternus Deus dirige actus nostros in beneplacito tuo legerent, & dum dicerent: Et verbum caro factum est; Fratres flecterent genua sua usque ad finem collectæ.

ANIMADVERSI O.

(a) Plurima alia ipsius Statuta habet Simon Grunovius *Tract. XI. cap. XI. fol. 190. seq. & cap. XII. fol. 194.* Habentur etiam in aliquot codicibus antiquis hujus Magistri Statuta, quæ tamen à Nicolao V. Pontifice Romano abrogata sunt, qua de realibi erit agendi locus.

CAP. II.

De

Ædificatione castri Morungen.

Eff 2

Anno

Anno Domini MCCCXXVII. Frater (a) Hermannus Com-
mendator de Elbingo & Hospitalarius Domus principalis
Civitatem dictam (c) Morungen circa Civitatem (b) Salfelt,
nomen suum trahens à stagno in cuius sita est littore, (c) instau-
ravit.

ANIMADVERSIONES.

- (a) Hermannus ab Ottingen. Grunov. *Tract. XI. cap. 12. fol. 194.*
(b) Salfeldiam conditam esse An. 1329. ab Leopoldo de Seefeld, refert
Hennebergerus in *Comment. ad Tab. Pruss. pag. 406.* Ex hoc loco
verò patet, Salfeldiam An. 1327. jam fuisse conditam, aut saltem
jam conditceptam.
(c) Si Hennebergerum audimus, condita est arx Morungensis An. 1330.
Oppidum verò An. 1302, excitatum, deinde An. 1328. muris cin-
ctum. At quicquid sit de arce, Civitas certè An. 1327. condita &
muris cincta esse videtur, ut ex hoc loco Continuatoris apparet.
Consentit & Grunov. *loc. cit.*

CAP. III.

De

Destructione Castrì Christmemelæ.

Anno MCCCXXXVIII. Castrum Memelburg, quod Fratres
de Livonia ædificaverunt An. Dn. MCCLII. & sub ditione fuit
eorum usque ad præsens tempus, translatum fuit ad Fratres de
Prussia. Unde Castrum Christmemela, quod Frater (a) Caro-
lus Magister ædificavit, est in die B. Petri ad vincula desolatam.

ANIMADVERSIO.

- (a) Vid. supra Dusburg. *part. 3. cap. 308.*

CAP. IV.

De

Prænosticatione hujus destructionis.

Hujus